

erat cum a puerō intellexisset nubem ortam ab occasu, pluviam instare prædicti; illa quæ mox seculata est, III Reg. xviii, 44. Causa hujus rei physica est, quod Iudea ab Oceano habeat mare Mediterraneum, ex quo vi solis multi vapores in altum elevantur, qui in nubem densat, per solis calorem in aquam resolvantur, et pluviam parant, presertim cum sol pariter tendit in occasum: tunc enim debitor est, quam ut vapores hosc dissipet, ne in nubem concrecent et in pluviam resolvantur. Quibus vero mare æque ad Occasum et Meridiem et Septentrionem est, æque

ex his partibus aspergunt nubes nimborum multæ: Anglis ascendunt undique, ut qui mari undique cinguntur, ait Valesius, S. r. Philos. cap. lxxvi. Vide dicitur Matth. xvi.

Porro necessarie, si S. Basilius, in *Catena*, sunt vita humanae siderum conjectura, modo non ultra mensuram eorum in indicia perquirantur, interest autem previdere procellarum pericula, viatori mutationem seris, sibio furo solisque situm ad sedimentem, ut messa^m faciat copiosam: nam Deus posuit illa in signa et tempora; Genes. 1, 14.

CAPUT DECIMUM TERTIUM

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, Christus, occasione Galilæorum casorum a Pilato et aliorum oppressorum ruina turris Siloe, suadet penitentiam; et ad hoc adhibet fieri infrugiferæ, ideoque succendente parabolam: secundo, vers. 11, suadet mulierem per 18 annos incurvatum sabbato, ideoque Judæos obnurmurantes ratione clara confutat; tertio, vers. 18, comparat regnum calorum grano sinapis et fermento exiguo, quod totum farinæ massum fermentat; quarto, vers. 23, docet paucos salvare; quinto, vers. 31, Phariseis suadentibus secessum Christo, eo quod Herodes mortem et machinetur, respondet se non a Herode, sed ab Hierosolymis et Phariseis ipsi: occidendum esse; ideoque Jerusalem et Judæam a Tito exercitandum prædictit.

Porro, tertiam factum explicavit Matth. xii, 31 et seq.; quartam, Matth. vii, 13; quintam ex parte explicavit Matth. xxiii, 36 et seq. Supersunt ergo hic explicandas pars prima et secunda, et particula quintæ.

1. Aderant autem quidam ipso in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. 2. Et respondens dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? 3. Non, dico vobis; sed nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. 4. Sicul illi decem et octo supra quos cecidit turris in Siloe, et occidit eos: putatis quia et ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Jerusalem? 5. Non, dico vobis; sed si penitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis. 6. Dicebat autem et hanc similitudinem: Arboreum fici habebat quidam plantatam in vinea sua, et venit quærens fructum in illa, et non invenit. 7. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in fulcinea hac, et non invenio: succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat? 8. At ille respondens, dicit illi: Domine, dimitti illam et hoc anno, usque dum fodiam circa illam, et mittam stercora; 9. et siquidem fecerit fructum: sin autem, in futurum sucedes eam. 10. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. 11. Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatem annis decem et octo; et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. 12. Cum videret Jesus, vocavit eam ad se, et ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. 13. Et imposuit illi manus, et confessum erecta est, et glorificabat Deum. 14. Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbato curasset Jesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus oportet operari; in his ergo venire, et curamini, et non in die sabbati. 15. Respondens autem ad illum Dominus dixit: Hypocrite, unusquisque vestrum sabbato non solvit bovem suum, aut asinum a præsepio, et ducit ad aqua? 16. Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit Satanæ, ecce decem et octo annis, non portavit solvi a vinculo isto die sabbati? 17. Et cum haec diceret, erubescerant omnes

adversari ejus; et omnis populus gaudebat in universis, quæ gloriose fiebant ab eo. 18. Dicebat ergo: Cui simile est regnum Dei, et cui simile aestimabo illud? 19. Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, et crevit, et factum est in arborē magnum; et volucres cœli requieverunt in ramis ejus. 20. Et iterum dixit: Cui simile aestimabo regnum Dei? 21. Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum. 22. Et ibat per civitates et castella docens, et iter faciens in Jerusalem. 23. Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt qui salvantur? ipse autem dixit ad illos: 24. Contendite intrare per angustam portam; quia multi, dico vobis, querent intrare, et non poterunt. 25. Cum autem intraverit paterfamilias, et clauerit ostium, incipiens foris stare, et pulsare ostium, dicentes: Domine, aperi nobis; et respondens dicit vobis: Nescio vos unde sitis; 26. tunc incipiens dicere: Manducavimus coram te, et bibimus, et in plateis nostris docuisti. 27. Et dicit vobis: Nescio vos unde sitis; discede a me, omnes operari iniquitatis. 28. Ibi erit fletus et stridor dentum: cum viderit Abraham, et Isaæ, et Jacob, et omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. 29. Et venient ab Oriente, et Occidente, et Aquilone, et Austro, et accumbent in regno Dei. 30. Et ecce sunt novissimi qui erunt primi, et sunt primi qui erunt novissimi. 31. In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi: Exi, et vade hinc, quia Herodes vult te occidere. 32. Et ait illis: Ite, et dicite vulpi illi: Ecce ejus dæmonia, et sanitates perficio hodie et cras, et tercia die consummabit. 33. Verumtamen oportet me hodie et cras, et sequenti die ambulare, quia non capit prophetam perire extra Jerusalem. 34. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidit Prophetas, et lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum avis nidum suum sub penins, et nolivisti? 35. Ecce velinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat cum dicetis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

1. ADERANT AUTEM QUIDAM IPSO IN TEMPORE, NUNTIANTES ILLI DE GALILEIS, QUORUM SANGUINEM PILATUS MISCIUT CUM SACRIFICIIS EORUM, — id est quos in monte Garizim, qui situs est in Samaria, dum ibidem sacrificarent, Pilatus occidit, ita ut sanguis eorum cum sanguine victimarum quas offerebant, misceretur. Rem gestam fusus narrat Josephus, lib. XVIII *Aniq.*, cap. iv, et Hegesippus, lib. II *De Excidio Hierosolymæ*. Audi Josephum: «Concitatavit eos (Samaritanos), impostor quidam, iubens ut convenienter in monte Garizim, apud eum genitum sanctissimum, assereret illic eis ostensurum sacra vase refossa, que ibi Moyses depositisset: illi creduli, sumptis armis, Tirathabam vicum insederunt, expectantes ibi confluentes ceteros, ut magno agmine montem ascenderent. Sed Pilatus prior clivum montis occupat equitibus suis et pedestribus, qui prælio congressi cum Samaritis apud vicum collectis, alios fuderunt, alios in fugam compulerunt; multos etiam vivos capitos abducerunt, quorum precepsios et potentiores Pilatus multavit capite (1). »

(1) Haud pauci tamen interpres historiam a Luca sic relatum distinguunt ab illa quam Josephus narravit lib. XVIII *Aniq.*, cap. iv, parum enim concordare videtur tempus, tam circumstantia facta.

Dices, Josephus asserit fuisse Samaritanos: quomodo hic Christus eos vocat Galileos? Respondeo, Samaritanos vocari origine et patria; Galileos vero secta et heresi, ita Baronius. Hoc ut intelligas, nota Judæum Galileum, teste Luca, *Actor.* v, 37, auctorem fuisse secta Galileorum, qui rebellæ erant Cesari Romano, dicentes non Iudei Judæi, utpote populo fidei divino cultui addicti, subesse Cesari gentili et idololatriæ, eique dare tributum; nec alium dominum quam Deum agnoscere et colere debere. Ita Cyrilus, in *Catena*; Theophylactus, Euthymius et Titus. Quicunque Pilatus, presses Judeæ, eos per immisso milites trucidavit. Sedit hec exorta est sub tempora Christi. Unde et Christus ac Apostoli, utpote nationes Galilei, ejus insimulati sunt, ideoque studiosi contra eam docuerunt, si videntur esse tributa regibus et Cesari, licet Gentili. Porro, Franciscus Lucas censem hos Galileos a Pilato occisos in Jerusalem, cum sacrificari in templo, eo quod Pilatus præcesset Judeæ, non Samarie. Verum Josephus diserte ait eos occisos in monte Garizim, qui est in Samaria. Adde Samaritanos fecisse schismata a Judæis, ideoque noluisse adire templum in sua ditione, scilicet in monte Garizim, ibique sacrificasse, ut patet Joan. iv, 24.

Pilatus ergo hos Samaritanos rebelles persequens comprehendit et occidit in Samaria Iudeas vicina, tanquam publicos Caesaris hostes, a quibus Casarius prefectus mactandos.

Cum ergo horum codes incredibuerint, multi de ea vulgo fueri sermones, dicitur ibi plerisque illos scleratos et Deo inimicos fuisse; nuptio quorum sacrificia non solum a Deo rejecta fuerunt, sed et sanguine eorum condita. Hoc ergo astantes narrarunt Christo, ut ejus sententiam de horum cede exquirerent; Christus vero haec clades occasione sapienter usus, ex ea sumpsit argumentum extimulandi illos ad ponitendum, ne aliquin similis in eos vindicta Dei deserviret. Christi exemplum sequatur concionator, ut cum publice clades pestis, famis, bellis ingruunt, populus cohortetur ad ponitendum, ut eas et simili tormenta gehennae evadant.

2. ET RESPONDENS DIXIT ILLIS : PUTATIS QUDI IN GALILEI PER OMNIBUS CALILEIS PECCATORES (secundum) FURENT, QUA TALIA PASSI SUNT? — Hoc enim ipsi putabant, idque ex clade eorum colligebant; sed perperam: nam sepe Deus paucos minus peccantes castigat, ut eos easteris statuat in exemplum et terrorem, quod ad ponitendum invenient. Ita Beda, Titus et alii.

3. NON, NIGO YOBIS, SED NISI FORNITENTIAM HABERUNTIS (Grace personis), id est ponitentiam haereticis, omnes similiter deribitis. — « Similiter, » id est pariter, nemine excepto, ait Maldonatus. Sic Sapient. VI, 8: dicitur: « Aequaliter uera est illi de omnibus, » quia pariter omnes nemine excepto curat, etiam si alterum magis, alterum minus. Secundo, et simpliciter, « similiter, » id est aequi peribitis, etiam si alios mortis specie, eterna scilicet, aut etiam temporali. Tertio, et proprio Jansenius: « Similiter, » inquit, id est simili mortis clade et vindicta Dei. Nam Iudai obcessi et oppressi sunt a Tito in festo Pasche, quando sacrificabant. Tunc ergo pariter a Tito urbe, multi cesi sunt in templo, ubi sacrificabant et sacrificare solebant. Sic etiam Euthymius, S. Thomas, Hugo, Lyranus, Cyrius in Catena.

Nota Christum hic docere nos ex hujusmodi eventis calamitosis debere mentem reflectere ad peccata nostra, ut hi ipsi peccantibus, non in similes clades, Deo puniente, incidamus. Ita Beda.

Symbolice Beda: « Turris, ait, est Christus; Siloe, id est missus a Patre in mundum, qui omnes impios, super quos per sententiam condemnationis occiderit, confortat, » Matth. XXI, 44.

PUTATIS QUIDA (quod) ET IPSI LIBERTORES (id est peccatores; Arabicus, culpabiles, hi enim Chaldae vocantur chrebim, id est debitores; peccator enim Deo debet animam, scilicet decem milia talenta, Matth. XXII, 24) FURENT PLERISQ[UE] ONES HOMINES HABITANTES IN JERUSALEM? — Ita aperte indicat Christus illos 48 turri Siloe oppressos fuisse peccatores, eti non summos et maximos qui erant in Jerusalem. Ita interlinearis.

3. NON, DICO YOBIS: SED, SI FORNITENTIAM NON

fontem erat turris, ab eo pariter dicta Siloe, quae tempore Christi vi ventorum, aut fulminis, aut terremotus, similiter casu corruit, et octodecim homines in ea, vel iuxta eam consistentes, ruina sua oppressi: quod licet casu fortuito factum sit, si causas secundas species; tamen si causam primam, scilicet Deum, attendas, certa providentia Dei volentes homines purire et caelos terrere, id factum est; Deo enim nihil est fortatum, sed omnia certa, praevisa et provisa sunt, ut nihil in regno providentiae eius liecat fortune aut temeritatis, ait Boethius. Deus ergo hoc causas ordinat ad hominum punitionem et correptionem, ut easteri videntes sibi vicinos ruina turris, altove modo subito et improviso occidi, metuant, ne simile quid sibi contingat, ideoque de peccatis poniteante et sese Deo reconciliante, ne in peccatis suis casu aliquo oprimirantur et dannaverint ad gehennam. Hoc est quod Deus assirer per Amos prophetam, cap. III, 6, dicens: « Si erit malum in civitate, quod Dominus non fecerit. » Et per Isaiam, cap. XLV, 7: « Ego Dominus facio manus lucem et creas tenebras; facies pacem et creas malum. » Idem per umbram viderunt Poetae et Philosophi. Unde Virgilius Deum ita celebrat, I Enrol. :

O qui res huminumque deumpare
Eternis regis imperis, et fulmine toros.

Et Plutarchus, in Moral.: « Voluti, inquit, si quis cœsus in quicunque incidit, illum cœcum appellat qui non vitaverit: sic nos fortunam facimus exœcum, in quam nostraple incidimus cœcitate. » Nam ipsa fortuna fortunans, que non est alia quam ipsa Deus Dei pœnitentia, occultissima est, et longe plures quam Argus habet oculos. Porro, idem Plutarchus ibidem: « Sicut, inquit, ischiaci medici pollicem incurrunt, ut, eum alibi doleant, alibi adhibeant remedium; sic Deus nonnunquam ut patres sanet, sevit in filios, » et vice versa. Idem rursum: « Sicut amnes quidam repente se condunt sub terram, nihilominus et perferuntur quo tendunt; ita Numen ira, licet occulte, tamen in extremis calamitatibus auferunt aliquando nocentes. »

Symbolice Beda: « Turris, ait, est Christus; Siloe, id est missus a Patre in mundum, qui omnes impios, super quos per sententiam condemnationis occiderit, confortat, » Matth. XXI, 44.

PUTATIS QUIDA (quod) ET IPSI LIBERTORES (id est peccatores; Arabicus, culpabiles, hi enim Chaldae vocantur chrebim, id est debitores; peccator enim Deo debet animam, scilicet decem milia talenta, Matth. XXII, 24) FURENT PLERISQ[UE] ONES HOMINES HABITANTES IN JERUSALEM? — Ita aperte indicat Christus illos 48 turri Siloe oppressos fuisse peccatores, eti non summos et maximos qui erant in Jerusalem. Ita interlinearis.

3. NON, DICO YOBIS: SED, SI FORNITENTIAM NON

EREBITIS, OMNES SIMILITER PERIBITIS. — Ostendit, ait S. Chrysostomus, « hosce octodecim statutos cateris in exemplum et terrorem: punitur quidem quisque ob propria criminis, sed fit hoc aliis salutis materia, scilicet ut flagellato pestilente stultus sapienter fiat. Deus enim non omnes hic punit, sed dat inducas ponitendi, non tam cunctos futura punitionis reservat, ne nulli ejus providentiam negent. » Hoc Chrysostomus.

6. DICERAT AUTEM ET HAN: SIMILITUDINEM: ARBOREI FICI HABEBAT QUIDAM PLANTATUM IN VINEA SUA, ET VENIT QUERENS FRUCTUM INILLA; ET NON INVENTUS.

7. DIXIT AUTEM AD CULTOREM VINEÆ: ESCE ANNI TRIS SUNT EX QVO VENIO QUERENS FRUCTUM IN FICULNAE HAC, ET NON INVENTO: SUCCIDE ERGO ILLAM, UT QUED ETIAM TERRAM OCCUPAT. — Greco significans est οὐτις, id est onerat inutili onere, immo terram inertem et sterilem reddit, tum umbra sua, tum radicibus suis, quibus succum terra vicinis vitibus eripit et præripit. Syrus, οὐσιαν δεῖται: ἄργον enim est ignavum, iners et viribus destitutum.

Ad litteram ficus haec representat Synagogam Iudeorum, quam Deus plantavit per Mosem, ad quam venit Christus per incarnationem, ut eam per predicationem suam excoleret. Christus ergo est cultor vineæ, id est Synagogæ, cui dixit Deus: Succide eam, quia jam per tres annos, quibus in ea praedicasti, ex ea fructus fidei et bonorum operum requiro, sed nullus invento, ob Iudeorum infidelitatem, perveriaciam et malitiam: intercedo pro ea Christus, ut adhuc uno anno, saltem dimidiato, sinat eam a se predecedendo excoli; si deinde fructum non ferat, excidatur. Ita factum est, quia Iudei quanto anno prædicationis Christi in Paschate, peccata peccatis adentes, et perveriacient facti, Christum occiderunt et crucifixerunt: unde post paucos annos Titus, ulti a Deo immisus, Hierosolymam excidit totamque Iudeam evenit. Cetera sunt emblemata ad gentianam parabolæ, ideo non est necesse ea applicare rei per parabolam significante.

Ficus est Synagoge, Primo, id est fuit arbor ista foliis redundans fluentibus, spem possessorum sui cassa sperborum preventum expli- catione destituit: ita etiam in Synagoga, dum doctores eius operibus infuscundi, verbis tantum veluti foliis redundantibus gloriantur, inanis umbra legis exuberat; spes autem falsi expectata prouentus, populi vota credentis illudit.

Secundo, sicut ficus pro flore grossum, id est ficum immaturum emittit, que mox decidit, ac deinde ficus sapidum et solidam progenerat; sic Synagoga primo Iudeos quasi grossos immaturas et evanidas protulit, deinde Christianos quasi fucus maturas sapidasque per Christum produxit. Hoc est quod ait Plinius, lib. VII, cap. XVIII, ait ficum parvum in Mosis fimo con-

cap. XXVII: « Fici serotina flunt, si primo grossum fabie magnitudinem excessere, detrahantur: subbaseantur enim que serius murenscent. »

Tropologice: ficus est quilibet homo, presertim fidelis; cultor est Christus, Apostoli et similis; dominus est Deus Pater vel S. Trinitas. Cum fidelis et justus compareficiunt, varias causas et analogias dat noster Salmeron, tom. VII, tract. 21: Prima est, ficus profert duces fructus, qui videtur esse bursæ mellis vel sacchari: similes profert justus. Secunda, sicut ficus parum crescit in altitudine, „Quæ arbor pene depresso: sie et justus abjecti se estque humili. Tertia, ficus pro floribus dat fructus, idque bis; scilicet in iestate precoquas, et in autumno serotinas: sunt ergo ficus bifere: sie pariter justus totus est in fructu honorum operum copiose producendo. Quarta, ficus amplis foliis umbram facit: ita justus sua charitate alias munit et protegit. Quinta, ficus alteri arborei inseri nequit ob nimiam similitudinem, quam deserere nequit: ita justus in nullo homine, sed in Deo solo et conscientia sua recumbit. Sexta, ficus decorticata arescit et fructum non reddit: sie justus nisi tegatur cortex conversationis honesta, ac modestia et compositionis externe, fructum cum proximis non facit. Septima, ficus est media et moribus medetur, ut Iudas Ezechiam per Yous navavit, cap. XXXVIII, vers. 21. Audi Plinius, lib. XVI, cap. XXVII: « Ficus sola ex omnium arborum fructu maturitas causa medicatur. » Sie justus quia virtute maturus et preoccultus, infirmata bus aliorum qua docendo, qua consulendo, qua sancte vivendo medetur. Rursum Plinius, lib. XXIII, cap. vii, fici succum laetum asserit alium solvere, vulnera aperiere, curare menstrua, ac valere contra venena, preserferim scorpionum, contra scabies, strumas, lichenes, psoras, alopecia, canis rabiosi morsus aliosque morbos quos ipse recenterit: sie justus lacte suo candore, comite et benevolentia dissipat aliorum rancores et amaritudines, odia, illæ, rixas, suspicções, invidias, etc. Octava, Plinius, lib. XVII, cap. XXVII: « Eadem (ficus), inquit, cum frondere incipiunt, cum cacumina rami cujusque detrahantur, firmiores fertilioresque h. int. » Additique etiam: « Radices circumcidendo et resecando superne appetitum honoris, ac inferne appetitum gula et venereis per meditationem cinerium, id est mortis et sepulture, fertili sit virtutibus et bonis operibus, quibus proximos multos a Deum convertit. Nonna, Plinius ait, lib. XXIII, cap. VII: « Fici materie uinam clement, alvum solvant, sudorem movent, juvenum vires augent, senibus meliorem valetudinem faciunt, minuusque rugarum, sitiū sedant, calorem refrigerant. » Hic eadem in spiritu mystice facit justus. Decima, Plinius, lib. XV, cap. XVIII, ait ficum parvum in Mosis fimo con-

tectam, et post hiemem mitiore celo refossam, praeocem fieri: sic justus per humilitatem et exercitia spiritualia renovatus, quasi juvenitum induit, ut fiat alacer et velox ad omne bonum. Undecima, Plinius, lib. XV, cap. xviii: « Admirabilis, ait, est poma iujusco (fici) festinatio, unius in cunctis ad maturitatem properantibus artis nature: » sic justus fervore spiritus cito in omni virtute maturoscit, et alios ad similem maturitatem perdicit.

ANNI TRES SUNT ET QUO VENIO QUERENS FRUCTUM. — Alludit ad natum fucus, aliquando tertio denum anno a plantatione sua fert fructus. Sed si tertio anno nondum proferat, nunquam eos profere solet.

Symbolice: tres anni sunt tres Iudeorum perfidie, sive status, scilicet sub Iudicibus, sub Regibus et sub Pontificibus, puta Machabeis, ait Euthymius. Audi S. Ambrosius: « Venit ad Abraham, venit ad Moysen, venit ad Mariam, hoc est venit in signaculo, venit in lege, venit in corpore: adventus ejus ex beneficio recognoscimus, alibi purificatio, alibi sanctificatio, alibi iustificatio est. Circumcisio purificavit, sanctificavit lex, iustificavit gratia. Unus in omnibus, et in uno omnia. Nemo enim mundari potest, nisi qui metuit Dominum; nemo legem meretur accipere, nisi purificata a culpa; nemo accedit ad gratiam, nisi noverit legem. » Sic fere et S. Cyrilus: « Naturam humani generis, inquit, Dominus ante tempon, sub lege, sub gratia expectando, adueniendo, visitanda requiriuit; sed quidam ne naturali lege corriguntur, nec praeceptis eruditur, nec miraculus converuntur. »

Tropologice: tres anni sunt tres hominis aetas, ait Theophylactus, scilicet pueritia, virilia et senectus; quisque enim quolibet tempore fructus virtutum Deo profere debet, cuius etatei congruit et proportionatos. Hos enim Deus auctoritate requirit, qui nullum homini statim vult esse otiosum et infusigem.

8. AT ILLE (vincere cultor, papa Christus et Apostoli) RESPONDENS, DIDIQ. ILLI: DOMINE, DIMITTE ILLAM FI HOC ANNO, USQUE DUM FODIAM CIRCA ILLAM, ET MITTAN STERCORA. — Intelligentes Christus et Apostoli, ait Interlinearis, aliquos ex Judaeis posse salvari, et non Deum ut differant ultionem Domini crucis: scilicet eversionem Hierosolymam per Titum.

9. ET SI QUIDEM FECERIT FRUCTUM (subudi: bene erit, salva erit et salvabitur. Est apostolensis. Addit Arabicus, ipsa namque attulit fructum; scilicet Synagoga olim dedit fructum virtutum sub Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Mose, David, etc.); SIN AUTEM (non fecerit fructum), IN FUTURUM SUCIDES EAM. — Uti Deus Judeam succidit per Romanos.

Mystice: S. Augustinus, *De Verbis Domini*: Co- lonus, ait, qui intercedit, est omnis Sanctus qui intra Ecclesiam orat pro his qui sunt extra; cir-

cumfodere conscientiam, est eam humilitatem et patientiam docere; item colli et celestium considerationem menti ingere, ne, ut ait S. Ambrosius, radicem sapientiae terrarum (et terrenarum cupiditatum) acervus obruat et abscondat.

ET MITTAM STERCORA. — Hoc est, ut ait S. Ambrosius, humilitatis affectum, et S. Augustinus, *De Verbo Domini*: Stercus, ait, sordes sunt, sed fructum dant: sordes cultoris, dolor est peccatorum; et S. Gregorius: Stercora, ait, sunt peccata carnis, ex quorum consideratione suscitatur animus ad bona opera. Denique Glossa: « Mittam stercora, » hoc est, inquit, malorum, que fecit, abominationem, ad animalium reducam.

40. ERAT AUTEM DOCENS IN SYNAGOGA (Græce, *in una synagogarum*) EORUM SABBATO. — Sabbatum enim erat festum, quo Iudei conveniebant ad synagogam, ut audirent legem ejusque interpretationem, ut Christiani diebus Dominicis conveniunt ad audiendum Missam et concionem. Hoc tempus et hunc locum elegit Christus ad sequens miraculum, ut illud esset publicum, utque Phariseos ob sabbatum illud calumniantes, confutaret et instrueret.

41. ET ECCE MULIER, QUE HABEBAT SPIRITUM INFIRMITATIS ANNIS DECIM ET OCTO: ET ERAT INCLINATA, NEC OMNINO POTESSET SIRSUS RESPICERE. — « Spiritum infirmitatis, » id est infirmitatem immisum a spiritu malo, sicut Lyranus et Euthymius: « Demonium imbecillitatis, inquit, non sinens eam vivere. » Unde Arabicus verit, cum *qui era spiritus infirmitalis per octodecim annos, et erat incurvata, et non poterat erecte stare ultra modo*. Infirmitas haec erat totius corporis inflexio et curvatio, ut mulier cogenerat semper curva et inclinata indecere, ut sequitur. Nona hic morbus hominibus sepe a demonibus immitti, permittente Deo ob peccata, vel alijs de causis. Unde, vers. 16, causam hujus infirmitatis prodens, ait: « Hanc autem filiam Abrahæ quam alligavit Satanas. » Sic deponit S. Job variis morbis afflit, Job cap. ii. Idem patet ex *Psalm. LXXVII*, 49, et ex *Matth. ix. 23*. Vide Delrio, in *Magicis*. Daemon hanc matrem curvabat et inclinabat, ut compellerebat terram semper aspicere.

DECIM ET OCTO ANN. — Erat ergo inveteratum hoc malum, ideoque a medicis incurabile.

ET ERAT INCLINATA, — tenua, curva, dorso et capite versus terram reflexa et depressa, ut instanties bestie, imo plus quam bestia, sursum respicere, ac solem et colum intueri non posset; sed deorsum semper saxa terramque intueri: nam Deus in rerum creatione, *Genes. I.*,

Os homini sublimne deit, columque tueri
Jusit, et erector ad sidera tollere posse;

ut solem celumque aspiciat, et ad Deum in celis per coelestem vitam contendat, ut in celum recipi ibique visione Dei beari mereatur: « Convenit enim querere superna, transcendere terrena

intuitu, » ait S. Basilus, in *Catena*. Daemon ergo ut hominem a celo avertat, eum deorsum inclinat, ut non nisi terrena aspiciat, amet, ambiat.

Mystice S. Gregorius, in *homil. 31*: Hoc, ait significat mulier ista quod fculnea infructuosa: quia enim humana natura fructum obedientia ferre noluit, statum rectitudinis amisit; decem et octo anni significant hominis, qui sexto mundi die creator est, infirmitatem ante legem, sub ideo et in exordiis gracie, nam ter sex faciunt 18. Et S. Ambrosius: Mulier ista, inquit, est Ecclesie figura, que curari non potuit, nisi legem implens et gratiam: in decem veribus, legis perfecti est; in octavo numero, resurrectionis plenitudi.

Tropologice: mulier haec gerit typum animalis terra infantis, hoc enim facere suadet diabolus. Audi S. Gregorium, *hom. 31*: « Hinc alias Propheta de imundis spiritibus dicit: Qui dixerunt animae tue: Incurvare, ut transeamus. Recita quippe stat anima, cum supra deiderat et nequaquam flectitur ad ima. Sed maligni spiritus, cum hanc in sua rectitudine stare consipiunt, per eam transire non possunt. Transire namque eorum, est immunda illi desideria spargere. Dicunt ergo: Incurvare, ut transeamus; qua si ipsa se ad ima appetenda non deicit, contra hanc illam, per perversam nullatenus convalescat; et transire per eam nequeunt, quam contra se rididit in superba intendentes pertimescant. »

42. QUAM CUM VIDETUR JESUS (Arabicus, respectum autem eam Jesus, oculis tam corporis quam animi; oculis, inquam, gratie, miserationis et clementie), VOCAVIT EAM AD SE, ET AIT ILLI: MULIER, DIMISSA ES AD INFIRMITATEM TUA. — Id est dimiseris, curaris, scilicet a me per impositionem manus meæ, ut sequitur. Simul enim utrumque fecisse videtur Christus, scilicet et manus ei imposuisse, itaque eam curasse, ac dixisse: « Dimissa es, » etc. Dicit potius: « Dimissa es, quam: « Ego dimitto, » ut ait acutum fidem mulieris. Fidei enim alibi sepe solet tribuere Christus curatorem et salutem. Rursum, ut significet efficaciam vocis sue, sciupia contactus, quod scilicet eodem instanti quo eam tetigit, camden sanxit. Erat enim in carne Christi virtus divina, ait S. Cyrus in *Catena*, que in instanti mira et miracula operatur, sicut dicendum: « Hoc est corpus meum, » panem in corpus suum transmutat, et transubstantiat quodicie in missa, q. d. Meum dixisse, fecisse es, iuxta illud: « Dixit, et facta sunt. » Unde Titus: « Voce certe divinissima, ait, celestorum potestate plenissima feminis hujus infirmitatem a medio procligavit. » Denique r. « dimissa es, » id est absoluta es, significat mulierem hanc quasi vinculis quibusdam a Satana fuisse ligatum, constrictam et depressam, ut videtur caput per funem ad genua et tibias alligatum habere. Hoc vinculum solvit Christus, itaque eam

erexit. « Venit enim Christus ut dissolvat opera diaboli, » I *Jean. iii. 8*.

43. ET IMPOSUIT ILLI MANUS, ET CONFESTIM ERECTA EST, ET GLORIFICARAT DRUM. — Manus significant Christi potentiam, auctoritatem, imperium in morbos et daemones, que ad eius benignitatem et beneficium, que sanitatis beneficium mulieri, benigne eam tangens, confrebat.

44. RESPONDENS AUTEM ARCHISYNAGOGUS (id est synagogae princeps et prefectus) INDIGANS, QUA SABATO CURASSET JESUS, DICERAT TURBE: SEX DIES SUNT, IN QIBUS OPORTET OPERARI: IN HIS ERGO VENIRE, ET CURARINI, ET NON IN DIE SABATI. — « Indigans, » quia invidentes Jesus hanc miraculat et sanitatis gloriari, per quam se majorem et digniorum esse archisynagogi, in synagoga palam coram toto populo ostendebat: praetexit tamen hinc sue invidie zelum religionis et observationis sabbati, ideoque a Christi vocatur hypocrita. Ita S. Cyrilus, in *Catena*: « Ingrata, ait, synagogæ presul, postquam videt feminam hanc reprobato solo tactu erectam et divina referentem magnalia, ardens Domini gloria irritatur invidia, arguitque miraculum, quas videtur sollicitari pro sabbato. » Ubi nota r. « ingrata: » debebat enim ipse gratias esse Christo eique gratias agere quod se suamque synagogam honorasset, et hoc miraculo beneficioque affectisset; sed invidia eum excecebat, ut deus Christi sum existimat eum probrum et dedeces, eo quod ipse talia et tanta patrare non posset. Sic Saul debulisset gratias agere Davidi, eo quod ipse Goliath sibi et toti Israel formidabilem occidisset; sed invidia eum transversum egit, ut gloriam Davidis suam existimat ignoriniam. Pulabat enim Davidem sibi preponi, seque eum esset rex, illi postponi. Hic ergo est viva imago invidie, larva religionis velata et celata.

45. RESPONDENS AUTEM AD ILLUM DOMINUS, DIXIT: HYPOCRITE, UNUSQUISQUE VESTRUM SABBATO NON SOLVIT BOVEM SUUM AUT ASINUM A PRESEPIO, ET DUCIT ADAQUARE? — « Hypocrite, » quia simulatis sanctificatione foris, cum infus pleni sitis invidia et malitia (1). Audi Chrysostomum, in *Catena*: « Bene dixit hypocritus, quia faciem habebat legis cultoris, mens vero ejus erat versuti et invidi; non enim turbatur propter sabbatum, quia violatur, sed propter Christum, quia glorificatur. » Hypocritis larvam fuisse descripsi, *Ecclesiast. I. 32*, ad illa: « Ne fueris hypocrita; » et cap. II, ad illa: « Ne dupili corde. »

ER DUCIT ADAQUARE? — Unde Glossa: « Iste, ait, cum magistri plebium videri appetenter, sanationem hominis non verberantur postponere cura pecoris. »

(1) Pro hypocrite, in plurali numero, plerique Græci codices habent in singulari *ὑπόκριτα*, Lachmannus tandem et Scholz in sua optima editione legendum tradunt *ὑπόκριτος*.

16. HANC AUTEM FILIAM ABRAME, QUAM ALLIGAVIT (quasi capite per funem ad pedes alligato, ut dixi vers. 12) SATANIS, ECCE DECET ET OCTO ANNIS, NON OPORTUIT SOLNI A VINCULO ISTO DIO SABBATI? — Est appositissimum et efficacissimum Christi argumentum, ostendens hanc mulieris sanationem non esse opus servile, sed liberaliter et divinum, ideoque non indignum, sed dignissimum sabbato; utpote quod sabbatum, immo Deus ipse sabbatum conditor, nire sanctificabatur et glorificabatur, ut ostendit Irenaeus, lib. IV, cap. xix, ubi doct Christum sanando agere in sabbato non contra, sed secundum legem recipere. Componit ergo, opponit et anteponit Christus vinculum et solutionem mulieris, vinculo et solutione bovis vel asini.

Porro, singula verba continent antithesim pre-
gnantem: opponit enim et preponit primo, mul-
ierem quasi « filiam Abraham, » bovi et asino;
secundo, vinculum et solutionem spiritualem mul-
ieris, vinculo et solutione bovis; tertio, quod mulier hoc vinecum sit passa per 18 annos, bos
vero vinecum, indeque summa passus sit per
unam alteramv horam dumtaxat; quarto, quod
operosa et longa sit solutio bovis, sua vero so-
lutione mulieris eisque a morte absoluto, facta
sit subito et in instanti quo sabbatum operando
violari non poterat; quinto, quod per hanc solu-
tionem mulier redditu sit integrè sanitati et same-
titati: bos vero tantum aqua pusillum hauserit.
Denique arguit archisynagogum et Phariseos in-
humanitatem, « quod hominis sanationem pecoris
ture postponant, » ait Beda.

17. ET CUM HEC DICERET, ERUBESCEBANT OMNES
ADVERSARI EIUS; ET OMNIS POPULUS GAUDERAT IN
UNIVERSI, QUE GLORIE FIEBANT AB EO. — Syrus,
in omnibus miraculis que fiebant per manum ejus.

ONNIS POPULUS. — Grace, omnis turba, « tan-
quam ab invidia libera et beneficiis ab ipso af-
fecta, » ait Euthymius. Unde Cyrilus: « Claritas,
ait, operum Christi omnius questionem solvebat
apud eos qui non erant mendicis perversis. »

18. DICEBAT ERGO: CUI SIMILE EST REGNUM DEI?
— Te « ergo, » cum sit illatuum, significat hec
inferri et colligi ex precedentibus, q. d. Videbat
Christus se Phariseis hostibus suis sua sapientia
imposuisse silentium, atque populum idcirco
gaudere, sibique et suis dictis applaudere: cum
ergo videbat eum ita rite compositionem, proposuit
ei parabolam regni volorum; animadverbabat
enim jam sibi paratam esse viam ad regnum hoc
sum proponendum et predicandum, ut omnes
incederet ad illud ambiduum, ideoque ad capes-
sendum Evangelicam suam doctrinam et vitam.
Porro, parabolam ipsam exposuit Matth. xii, 31.

23. AIT AUTEN ILLI QUIDAM: DOMINE, SI PAUCI
SENT QUI SALVANTUR? — Respondit Christus affir-
mative, paucos salvari, ut insinuat Lucas et
etate exprimitur Matthaeus, vii, 14. Idem assert
Isaias, cap. x, 22, et cap. xxiv, 13. Paucos in-

telligit comparatione omnium hominum totius
mundi, sive comparatione tam fidelium quam
infidelium: omnes enim infideles damnantur ob
infidelitatem, ideoque ac multi fideles ob impian-
vitam. Soli ergo fideles salvantur, sed non omnes.
An vero ex fidelibus solis plures salvantur,
an vero plures damnantur, problema est. Alii
enim censent plures salvati oī sancta Sacra-
menta, que in fini vite pr. « que recipiunt. Alii
censent plures dannari, quia plures male vivunt
in statu peccati mortalitatis. Regula autem S. Augustini
est, homines sic mori sicut vixerunt. Utrum
verius sit, dixi Jacobi ii, 13, ad illa: « Super-
exaltat autem misericordia iudicium. » Formida-
bilis est sententia S. Chrysostomi, homil. 40 ad
Populum Antiochenum, qui facile era centum mil-
lum hominum, et amplius: « In civitate nostra,
inquit, in tot millibus vix centum inventuri pos-
sunt qui salvantur, quia in juvenibus magna est
malitia, in senibus torpor, » etc. Et S. Augustinus,
lib. IV Contra Crescentium, cap. lxx, Ecclesiam
comparat aream tritici, in qua plures sunt palea
qua grana, id est plures reprobi quam eleeti.

31. IN IPSA DIE ACCESERUNT QUIDAM PHARISEO-
RUM, DIGENTES ILLI: EXI, ET VADE HINC, QUA HERODI-
VULT TE OCCIDERE, — sic ut occidit Joannes
Baptistam precursorum tuum, videtur Christus
hoc tempore predicasse non in Galilaea, utpote ex
qua jam pridem abiit, ut patet Matth. cap. xix,
vers. 4, sed in Perea Judea vicina: Perseus
enim, aqua ac Galilee praeterit Herodes. Ita
Franciscus Lucas. Maldonatus tamen et alii con-
sentient hæc gesta esse in Galilaea, ut per recapitu-
lationem Lucas hic interserat ex cuius jam pridi-
mentis gesta erant in Galilaea: talis quoque est
quod audivimus vers. 24, et cap. ix, vers. 31.

Porro, Pharisei per mendaciam hic fingunt He-
rodem Christo infensum, ut Christum a se
agenter, vel certe eius libertatem et constantiam
explorent et depriment, injicentes ei metum He-
rodum, tum ut eum per hunc metum et sua regione
expellant, « ne presens et miracula edens glori-
ficietur et atrahat turbam, » ait Euthymius; tum
ut Christus ex Perea in Iudeam egrediens, inci-
dat in manus pontificum et principum, quis
suscipiant ei mortem machinari, ut patet Joan. vii, 20
et 23. Alioquin Herodem non suisse Christo offen-
sum, liquet ex eo quod cupiebat eum ejusque
signa videre, ut patet cap. ix, vers. 9; immo Christus
a Pilato ad se missum condemnare noluit,
sed alio induitum, quasi risu, non morte dig-
num, ad Pilatum remisit, ut patet cap. xxii, 8.
Ita Jansenius, Maldonatus, Franciscus Lucas et
alii.

32. ET AIT ILLIS: ITE, ET DICITE VULPI ILLI:
ECCE EJICIO DEMONIA, ET SANITATES PERFICO HO-
DIE ET CRAS, ET TERTIA DIE CONSUMOR. — Christus
Phariseis motum Herodis objicitionibus mag-
namine et libere respondet, se nec illum, nec
Phariseos aut principes timeret, sed omnibus

rivalis perrecturum praedicare, donec dies mor-
tis eius a Patre assignata adveniat. « Vulpem »
vocat Herodem, quia astutus erat, versipellis et
fictus; sicut per fraudem et fictionem occidit
Joannes Baptistam, uti ex S. Chrysostomo et
Grecis ostendit Marc. vi, 26. Audi Bedam: Vul-
pes est animal fraudulentum, in fovea proper-
tias latens, odore fetens, nunquam rectis
itteribus incedens. Tales sunt heretici, quorum
respondeat, celebrabitur, cum proxime sequenti
mortali occidat et crucifixus fuit.

Verum Christus magis hic sermonem dirigit ad
ipsos Phariseos, omnesque vocat « vulpes, » quod
per fraudem injicentes ei metum Herodis, ut eum
figiens in Iudeam, ibi a principibus caperetur
et occideretur. Idipsum significat pronomen
rūta, id est huic vulpi, ut veritati Arabicus, quod
Phariseum ostendit prope manentem, ait Cyril-
lus et Theophylactus. Aut Titum: Videri poterat
totam orationis vim in unam Herodis personam
converte, et ita arbitrari sum nonnulli; et ta-
men contra Phariseorum pravitatem dirigit illam
verum, quam contra Herodem: neque enim aie-
bat: « Dicte vulpi illi, » sed: « vulpi huic. » Eain-
vero, qui improbe fraudis comminatione Phar-
iseos vulpibus similes clare ostenderet, summa
industria media quadam vocie uitari: idque scilicet
ait Theophylactus, nam singulari numero di-
cendo « vulpem, » Herodem illos suspicari fecit;
dicendo autem « huic, » quod est pronomen de-
monstrativum, insinuavit istos ipsos esse dolosos
illos.

Unde Emmanuel Sa: « Dicte vulpi illi, » scilicet,
inquit, vel Herodii, vel « illi » qui menda-
cium illud fixerat, nimur quod Herodius vellet
occidere Christum, qui utique erat unus ex
Phariseis Christi hostibus. Sensus ergo est, q. d.
Vos, o Pharisei, quasi vulpes astute et dolose,
objecientes mihi terrorem Herodis, vulpes me
abigeret, ne apud vos predicem, sed ego con-
stanter assero te me nos, ne Herodem mœtu-
re, neque ullius causa a predictione casaturum;
quia certus sum Patre in meum non per-
misserum ut capias et occidaris, antequam dies
ab illo decreta adveniat.

ECCLESIA PERSONA, ET SANITATES PERFICO (id
est ejicere et perficere pergam, invititis, non tam
Herode, quam vulpi ipsi) HODIE ET CRAS (id est
pauli post finita et peracta mea legatione et pre-
dicatione) CONSUMOR, — id est consummabor,
quia gloria in cruce morte pro hominum salute
sponte et fortiter perfungar, ut siue docet Apo-
stolus, Hebr. ix, 41.

(1) Solebant Hebreorum proprie, etiam reges, et
magistratus, et primores populi, magna cum libertate
publice quoque reprehendere, ut adeo mirandrum non
sit, Iesum, quo mores atque ingenium Herodis depin-
get, et ostenderet se artes illius probe perspicere, ve-
teratorum illam comparasse cum vulpice.

Moraliter: discant hic fideles, ac presertim

viri Apostolici, strenue laborare in vinea Domini usque ad mortem et martyrium, ut fecit S. Petrus, S. Paulus, S. Chrysostomus, S. Athanasius, etc. Ita noster Petrus Canisius, licet laboribus multis magnisque confectus, tamen laborare non desistit usque ad annum aetatis 77, quo labore neque ac vita defunctus est. Hec enim erant eius dictamina : Christi militibus stipendia non finiuntur ante vitam : cum coniunctu[m] aeternitatem, tunc incipiunt : sola mors missionem dat eis ; unica sequitur emeritorum est colum. » Ita noster Sacchinius, in ejus Vita, lib. III. Laborem ergo usque ad mortem, ut post mortem in eternum in beata felicitate quiescamus : terra enim est stadium modici laboris, colum est sedes quietis aeterna.

QUIA NON CAPT P[ROPHETAM] PERIRE EXTRA JERUSALEM. — Greco ἀποβιβάσθαι, id est non convenit, non contingit, fieri non coquuntur; fieri non potest, ut vertit Syrus. Est hyperbole, q. d. Tanta est Hierosolymae impietas et feritas, ut illi propria videatur, nec patitur ab aliis quam a se Prophetas occidi, atque agere ferat, si ab aliis id fiat. Ac proinde ego quoque idecirco Herodem non timeo, quia ab eo in Galilaea num occidendum non sum, sed post aliquot denum menses in Jerusalem, Prophetae interficiens, ubi non ab Herode, quem milii objectatis, sed a vobis ipsiis, o Pharisaei, crucifiger et occidat. Assueli enim edundare servorum sanguinem, etiam Dominum

simili modo Rome variis in locis, ac praesertim ad Ursum Pileatum (ubi nunc est ecclesia S. Bibiane) plurimi Christiani ab Imperatoribus infidelibus occidabantur, adeo ut locus ille vulgo vocaretur *macellum Martyrum*. Hinc recte tunc dicit poterat : Non capit Pontificem perire extra Romanum, quia omnes pene Pontifices a S. Petro usque ad Sylvesterum per trecentos annos, ab Imperatoribus Romanis residentibus, ob fidem Christi occisi sunt.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, Christus invitatus a Pharisaeo hydropicum sanat in sabbato, illudque licet evidenti exemplo Pharisaeis demonstrat. **Secundo**, vers. 7, parabolam dat invitorum, ut ultimum locum capiandum esse ostendat; mox et pauperes docet esse invitandos, non divites. **Tertio**, vers. 16, proponit parabolam invitorum sese varie excusantium a cosa, ideoque ab ea exclusorum. **Quarto**, vers. 26, docet aut sequaces debere parentes edisse, et crux ferre. **Quinto**, vers. 28, idipsum praecepit per parabolam voluntis adficiare, et voluntis bellum gerere, quorum uteque prius computat sumptus ad fabricam et bellum necessarium.

Tertium partem fere audiuvimus Matth. xxii, 2; quartam, Matth. x, 27. Supersunt ergo prima, secunda et quinta partes hic explicanda.

1. Et factum est cum intraret Jesus in domum cuiusdam principis Pharisaeorum sabbato manducare panem, et ipsi observabant eum. 2. Et ecce homo quidam hydroicus erat ante illum. 3. Et respondens Jesus dixit ad Legisperitos et Pharisaeos, dicens : Si licet sabbato rezurare ? 4. At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanavit eum, ac dimisit. 5. Et respondens ad illos, dixit : Cujus vestrum asinus aut bos in puteum cadet, et non continuo extrahet illum die sabbati ? 6. Et non poterant ad haec respondere illi. 7. Dicebat autem et ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos : 8. Cum invitatus fuerit ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratio te sit invitatus ab illo ; 9. et veniens is, qui te et illum vocavit, dicat tibi : Da huic locum,

et tunc iacipias cum rubore novissimum locum tenere. 10. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco, ut, cum venerit qui te invitavit, dicat tibi : Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discubentibus : 11. quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur. 12. Dicebat autem ei, qui se invitaverat : Cum facis prandium, aut coenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites, ne forte te et ipsi reinventent, et fiat tibi retributio. 13. Sed cum sis convivium, voca pauperes, debiles, claudos et caecos, 14. et beatus eris, quia non habent retribuere tibi : retribueretur enim tibi in resurrectione justorum. 15. Haec cum audisset quidam de simul discubentibus, dixit illi : Beatus qui manducabit panem in regno Dei. 16. At ipse dixit ei : Homo quidam fecit coenam magnam, et vocavit multos. 17. Et misit servum suum hora coenæ dicere invitatis ut venirent, quia iam parata sunt omnia. 18. Et coperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei : Villam emi, et necesse habeo exire, et videare illam : rogo te, habe me excusatum. 19. Et alter dixit : Juga boum emi quinque, et eo probare illa : rogo te, habe me excusatum. 20. Et alius dixit : Uxorem duxi, et ideo non possum venire. 21. Et reversus servus nuntiavit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit servo suo : Exi cito in plateas et viros civitatis; et pauperes, ac debiles, et caecos introduc huc. 22. Et ait servus : Domine, factum est ut imperasti, et adhuc locus est. 23. Et ait dominus servo : Exi in vias, et sepes; et compelle intrare, ut impleatur domus mea. 24. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit coenam meam. 25. Iabant autem turba multa cum eo, et conversus dixit ad illos : 26. Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et ixorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. 27. Et qui non bajulat crucem suam et venit post me, non potest meus esse discipulus. 28. Quis enim ex vobis volens turrim aedificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum; 29. ne, postea quam posuerit fundamentum, et non pota : it perficiere, omnes qui vident, incipiunt illudere ei, 30. dicentes : Quia hic homo cepit aedificare, et non potuit consummare ? 31. Aut quis rex iterus committere bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se ? 32. alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ei que pacis sunt. 33. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus qua possidet, non potest meus esse discipulus. 34. Bonum est sal. Si autem sal evanuerit, in quo condierit ? 35. Neque in terram, neque in sterquilinium utile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

Vox 1. 1. ET FACTUM EST CUM INTRARET JESUS IN DOMUM CUSJUDAN PRINCIPIS PHARISEORUM SABBATO MANDUCARE PANEM, ET IPSI OBSERVABANT EUM. 2. ET ECCE HOMO QUIDAM HYDROPICUS ERAT ANTE ILLUM.

— « Principis », qui inter sui ordinis homines principem locum obtinebat, ait Titus, eratque inter suis priu[m], vel Pharisaeorum primarius. « Ut aliquam utilitatem eis adferat, familiarem et quasi domesticum se illis exhibet », ait Titus. Et S. Cyrius, in *Catena* : Cognoscet quidem multitiam Pharisaeorum, inquit, sed fiebat eorum conviva, ut prodesset presentibus per verba et miracula, scilicet ut doceret eos licere sabbato sanitatem conferre aegris, ac quid invitatos et invitantes agere deceat. Hoc enim facit Christus in sequentibus.

PANEM. — « Panis » Hebreus omnem escam significat per synecdochen

HYDROPICUS. — Syrus, qui congregaverat aquas ^{Hydropi} sub cuto. Hydrops enim est aegritudo, qua Latinis aqua intercus dicitur, quod ὕδωρ, id est aqua, inter cutem colligatur, qua venter turgescit, ideoque semper sit, et quo plus bibit, eo plus sit, intumescit et agrescit, de quo Horatius, lib. II *Carmen*, oda 2 :

Crescit indulgens siti dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, et aquosus albo
Corpo languor.

Ratio est, quod hydropicus omne quod bibunt convertunt in humorem putridum et salsum : quo ergo plus bibunt; eo plus salsedini acqui- runt; salsedo autem excitat situm.

Videtur hic hydropticus amicus vel notu-